



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

De Pecvlio Clericorum. Titulus XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

mod. Plures differentias vide in glos. instit. eo. tit. §. hæc mortis.

Quæ Pugnantiæ?

Pœnitentiæ, & mors donatarij, si ante conditionem donationis impletâ contingat. His enim duob' modis, donatio, mortis causa, resoluitur: qua resoluta conditio personalis, vel utilis in rem actio, ad recuperationem rerum donatarû competit, l. senatus, & l. si mortis, ff. eod.

DE PECVLIO CLERICORUM.

Titulus XXV.

Continuatio.

Clerici licet de peculio indifferenter donationem simplicem facere possint: tamen pietatis ratio suadet, vt quæ intuitu Ecclesiæ quæsitæ sunt, Ecclesiæ remaneant, c. i. extr. de testa. & c. fin. extr. eod.

Quid est Peculium?

Peculium dicitur pusillum patrimonium, seu pusilla pecunia, seruo à domino, vel filio familiaris à patre concessa, & seorsum à rationibus domini, vel patris posita, l. depositi, §. peculium, ff. de peculio.

Quoruplex Peculium?

Quadruplex: puta, profectitium, aduentitiû, castrense, & quasi castrense, profectitiû est, quod ex re patris eiusve occasione, ad filium proficiscitur.

tit.

tur. Et hoc acquiritur patri, quò ad proprietatē
& vsumfructum, gl. in l. cū oportet, C. de bon.
quæ lib. Aduentitium est, quod non ex re patri,
sed aliunde, scilicet, ex donatione, successione,
vel ex prosperitate fortunæ prouenit, d. l. cum
oportet. Et huius peculij proprietatē filio, vbi
fructus autem patri acquiritur. Castrensē pecu-
lium est, quod à parentibus vel cognatis in mi-
litiā donatum est, vel quod ipse filius familiæ in
militiā acquisiuit, quod, nisi militaret, adqui-
riturus non fuisset, l. Castrensē, ff. de Castrensē pecu-
lio. Et hoc quò ad proprietatem & vsumfructum
ad filium spectat. Demum, quasi Castrensē pecu-
liū dicitur, quod filius familiæ aduocat, excu-
sarium patrocinijs, præfectus magistratus, vel
aliàs in officio constitutus, ex functione, vel pu-
blico munere, procurator, notarius, opera sua
clericus ex sacerdotiorum prouentibus acqui-
uit, l. fori tui, C. de aduo. diuersi, iud. & ibi
Bart. in rub. de pecul. cuius peculij proprie-
tatem & vsumfructus simul ad filium familiæ spectat.
igitur conquisita ex prouentibus sacerdotum
eius naturæ, cui & bona peculij quasi Castrensē
censeantur, hinc quæri solet: an clericus possit
illa alienare possit? Et distinguitur: in
nationem, quæ cōtingit per actus inter vivos,
quæ per vltimā voluntatem, quoniam post mortem
dem illa in vita sua, prout vult, administrare
distrahere. Non autem testamentario vel heredi-
torio nomine alicui heredum pro hereditate
linquere, nisi forsan cui Episcopus, pro seruati-
o ac præstatione Ecclesiæ largiri voluerit, c. h. qui
sanè, ext. eo. Quia de rebus Ecclesiæ, vel Ecclesiæ

intuitu quæsitis, testari prohibetur, cum illa Ecclesie, unde prouenerunt, remanere debeant, c. 1. ext. de testamentis. Præsumitur autem de bonis Ecclesie quæsitum, quicquid à rectore Ecclesie, tempore promotionis nihil habente, quæsitum est, c. 1. extr. eod.

DE TESTAMENTIS ET vltimis Voluntatibus.

Titulus XXVI.

Continuatio.

Clericus de rebus patrimonialibus pro libitu disponere potest, easque per viam testamenti, vel aliam vltimam voluntatem, alicui relinquere.

Quid est Testamentum?

Testamentum, secundum Vlp. in l. 1. ff. eod. est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit: ex eo appellatum, quasi testatio mentis sit.

Quotuplex Testamentum?

Tria testamentorum genera olim vsurpata fuerunt. Vnum, quod, calatis comitijs in cõcione populi fiebat. Alterum, in procinctu, cum viri ad prælium faciendum vocabantur. Tertium, per familiarum emancipationem, cui æs & libra adhibebatur, Gellius lib. 15. cap. 27. Quibus abolitis, duplex testamenti genus: scilicet, solenne & nuncupatorium, successit. Dicitur autem solenne, quod, debitis solennibus obseruatis, in scriptis cum subscriptione & consignatione septem